



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 44. Franciscus Martellus Cardinalis vita functus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII. defuncto Fabritius a non paucis in Pon.  
A. C. 1717. tificatus Successorem expetebatur; sed

opponebant alii hallucinationes in Se-  
cretarii munere commissas. Præva-  
lentibus tamen ejus meritis a Clemente XI. maximi habitus, ad Præfeti-  
nam Ecclesiam nominatus est, necnon  
novem Congregationibus adscriptus, &  
justitiæ, ut vocant, *Signatura præ-  
dictus*, præclara suæ integratatis ac pru-  
dentiæ specimina edidit. Erat enim  
Præful omnibus numeris absolutus,  
pius, sincerus, affabilis, comis, &  
erga omnes mansuetus, prudens, mode-  
ratus, atque obsequiosus. Postremo  
sacræ Inquisitioni a secretis in præclaro  
hoc munere consenescens, die decima  
quinta Junii annos natus septuaginta  
quatuor Romæ pie in Domino obiit.

#### §. XLIV.

*Franciscus Martellus Cardinalis vita  
functus.*

Guarnac.  
l.c. t. 2.  
pag. 47.

Tertius ex Purpuratis hoc anno den-  
tis erat Franciscus Martellus pa-  
tria Florentinus, qui generis sui clari-  
tatem novo virtutum splendore, ac  
meritorum gloria illustrem reddidit. Pie-  
enim ac liberaliter educatus, & lite-  
rarum studia impigro labore, uberne-  
moque eruditionis proventu prosecutus

Philo-

Philosophiæ, & Jurisprudentiæ tum Ca- Sæc. XVIII.  
nonicæ tum civilis lauream Doctora- A.C. 1717.  
lem in Universitate Pisana emeruit:  
Romam inde profectus, & dimisso Flo-  
rentino Canonicatu sub Alexandro VII.  
inter Romanæ Curiæ Præfules coopta-  
tus, Faventinæ Civitatis Gubernator  
ad Ferrariensem Legationem transfe-  
rebatur: postea Spoletana Præfectura  
defunctus, Romamque revocatus, in  
Pontificatu Clementis IX. in Congre-  
gatione sacræ Consultationis suffragium  
tulit: Regnante autem Clemente X. de  
hujus Viri dexteritate convicto, Co-  
rinthi Archiepiscopus dictus, ad Po-  
loniæ Regem Nuntius Apostolicus de-  
cernebatur, ubi non modo præfatum  
Regem ad arma contra Turcas capes-  
senda, sed etiam Magnum Moscorum  
Ducem ad fædus cum Cæsare contra  
eosdem pangendum feliciter incitavit,  
hancque in rem in Grodnensi conventu  
orationem latinam ibidem typis im-  
pressam, & italo sermone Venetiis re-  
eusam cum summo applausu habuit.  
Inde Romam revocatus, ab Innocen-  
tio XI. S. Immunitatis Congregationi  
& ab Innocentio XII. Congregationi  
sacræ Consultæ a secretis nominatus,  
& Patriarchæ Jerosolymitani titulo de-  
coratus, exiguum plane tot merito-  
rum, laborumque præmium tulit: de-  
*Hist. Eccles. Tom. LXIX.* Tt fer-

**Sæc. XVIII** fervescente autem novercantis fortune  
A.C. 1717. invidia tandem a Clemente XI. Roma-  
nam Purpuram obtinuit, quam tamen  
haud otiose gestavit; quippe variis  
Congregationibus assidue interfuit, &  
nulla favoris ratione habita, nullique  
exterorum Principum parti adhærens,  
solius æquitatis studiosus crebra suæ  
prudentiæ ac veteranæ experientiæ spe-  
cimina edidit: Demum annis, labori-  
busque confessus, Romæ die vigesima  
octava Septembris extremum obiit diem  
in gentilitio Sacello Ecclesiæ ad S. Au-  
gustinum tumulatus: Expleverat an-  
num ætatis suæ octogesimum quartum.

## §. XLV.

*Nicolai Grimaldi Cardinalis dæsus.*

**S**equentis Mensis die vigesima quinta  
fatis cessit Nicolaus Grimaldus ori-  
gine Genuensis, & Neapoli natus. Hic  
Romam studiorum caussa missus, in-  
credibili rapiditate, ac sciendi ardore  
scientias pene omnes assecutus, nec  
non Jurisprudentiæ laurea ornatus,  
Curiæ Romanæ Præsulibus accensitus  
est. Ad graviores Ecclesiasticæ di-  
onis Magistratus illum meritorum pre-  
stantia evocante, pluribus civitatibus  
datus Gubernator, solertiam & in re-  
bus gerendis haud vulgarem exhibuit